



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Ecclesia**

**Buchinger, Michael**

**Dilingae in Rhetia, 1556**

**VD16 B 8998**

S. R. E. Autoritas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

sicut fictilia uasa profunt in domo, ita heretici  
profunt bonis, 1. Cor. 11. Psa. 67. Apertius: Ma-  
lum non est, lupos, leones, ursos esse: sic & expe-  
dit ecclesiam ab hereticis sollicitari, oportet ut  
fiat scandala, sed Vae per que. Breuiter: Vas au-  
reum est, inquit Basilius (claruit anno 380.) ho-  
mo, qui mente moribusq; simplex ac sine dolo est.  
Argenteum item, qui illo paulo est inferior di-  
gnitatis ac pretij estimatione. Testaceum est ac  
figulinum qui terrestria sapit. Ligneum qui igni  
eterno materiam prebet. Ire uas est, qui omnem  
in se diaboli operationem suscipit, &c.

S. ROMANÆ ECCLE-  
SIAE, ET HVIVS EPI-  
scopi quanta Authoritas.

**A**uthoritatis S. Romanæ ecclesie meminit  
D. Hie. (uixit anno 422.) ad Theophy-  
lum Episcopum Alexandrinum. Sed tamē  
Scito, inquit, nobis nihil esse antiquius, quam Chri-  
sti iura seruare, nec patrum transire terminos,  
semperq; meminisse Romanam fidem, Apostolico  
ore laudatam, cuius se esse participem Alexan-  
drina ecclesia gloriatur.

Eccles

Ecclesia Constantinopoli, Cez  
dit ROMANAE.

**R**OMANAM SEDEM esse primam omni-  
um ecclesiarum, declarāt Achatij episcopi  
Constantinopolitani, et Timothei uiri do-  
ctissimi scripta, quibus rogatur Simplicius pōti-  
fex Max. ut Petrū Alexandrinū episcopū Euthi-  
cetes imitatore[m] h[er]eseos damnet, anno 471.

Sic anno domini 1433. D. Iohannes impera-  
tor Græcorū: Iosephus patriarcha Cōstantinop.  
Archiepiscopus Trapezōtinus, Ephesinus, Chi-  
stensis, Heracliensis, Monenbusiensis, Sardensis,  
Nicens, Nicomediensis, Tornobensis, Lacede-  
moniensis, Mitilenensis, Noldebacensis, Rho-  
diensis, Amentesciensis, Suranensis, Ne-  
lausenensis, Droniensis, Atheniensis, Co-  
rinthius, Magnus Scacelarius, Magnus Carto-  
philax, Magnus Ecclesiarcha, Protodicus, Ne-  
merophilax, etc. (omnes partium Orientalis ec-  
clesiæ, aliter enim senserunt de processione spiri-  
tus sancti, ac S. Romana Ecclesia) se Occidentali  
S. Roma. Ecclesiæ coniunxerunt: Verūm quan-  
do soluerunt fidem, (Catholicos Azymitas pro-  
brosē & ironicos blasphemantes, ipsi Fermenta-  
rij uerius) iusto Dei iudicio à uirga Assur in

E. X. &  
PER, Græ-  
cos & La-  
tinos di-  
scruit.

Anno 1453

seruis

seruitutem Babylonicam protracti sunt: ecce  
quàm rectum iudicium Dei?

Orientis episcopi obseruant S.  
Romanam ecclesiam.

**S**ic & Orientis Episcopi fatentur et ebuccia-  
nant S. Roma. Ecclesiast. esse munificam:  
& eandem matrem Apostolica cura res-  
fertam, intonant. Tripar. Histo. libr. 4. ca. 16.  
Ex extremo etiàm Oriente Episcopos obedi-  
tiam prestare consueuisse sedi Apostolicæ, osten-  
dit Campensis eccle. Hier. lib. 4. cap. 10. & c. Ex  
quibus apertissime demonstratur etiàm ab initio  
cõstituta iam Ecclesiasticæ hierarchiæ forma tot-  
tius ecclesiæ curam, omnesq; toto orbe difficilio-  
res ecclesiasticas causas relatas fuisse ad S. Roma-  
nam sedem, & c.

Pontifices Aegyptiorum pro  
S. Romana Ecclesia.

**S**. R. E. matrem & caput esse omnium eccle-  
siarum, confirmant scripta Pontificũ Aegy-  
ptiorum ad Marcum PP. Sicut enim car-  
dine, inquit Anacletus, ostium regitur: Sic hu-  
ius

ius sanctæ sedis auctoritate omnes ecclesiæ dispo-  
nente domino reguntur, &c.

## Iohannes Husz S. Romanam

Ecclesiam commendat.

**S.** R. Ecclesiam esse uniuersalem, & alias eccle-  
sias omnes excedere Iohannes Husz tri-  
bus causis probat 1. Quia gētes loco Iudeo-  
rum adiūcti sunt Ecclesiæ sub Romano imperio.  
2. Quia maior multitudo martyrum ibi trium-  
phauit, quàm in alia ciuitate. 3. Vt innotescat,  
quod non locus siue antiquitas, sed fides formata  
fundat. Hæc ille.

## Verba M. Lutheri pro S.

R. Ecclesia.

**L**utherus etiam in plerisq; libris confessus  
est, nemini licere à Romana ecclesia dis-  
sentire aut discedere, id quod in resolutio-  
ne XIII. Propositio: Sex probauit rationibus.  
Itidem fecit in declaratione quorundam articu-  
lorum, maxime uero, in Commētario super Epi-  
stolam Pauli ad Galatas, ubi sic ait circa sextum  
caput. Consequens est, quòd Bohemorum dissi-  
dium

dium à Romana ecclesia, nulla possit excusatione defendi, quin sit impiū, & Christi omnibus legibus contrarium, quia contra charitatem, in qua omnes leges sumantur, perstat.

Anno do-  
mini 1518.

Et idem Luther Protestatus presentibus Cesarianis Augustæ Vindelicorū, coram Legato S. Apostolicæ Thome Caietano TT. S. Sixti Cardinali, his uerbis. EGO protestor me prorsus nihil dicere aut tenere uelle, nisi quòd in & ex sacris literis primo, deinde ecclesiasticis Patribus ab ecclesia Romana receptis, hucusq; seruatis, & ex Canonibus ac Decretalibus pontificijs habetur, & haberi potest, &c. hæc Luther excucullatus.

Luther se  
submittit  
R. Pontifi-  
fici.

Et Idem Martin Luther, ad pontificem Leonem decimum de indulgentijs scribens, in fine præfationis sic se remissè submittit. Quare Beatissime pater, prostratum me pedibus tuæ beatitudinis offero, cum omnibus quæ sum & habeo. Viuifica, occide, uoca, reuoca, approba, ut placuerit. Vocem tuā, uocem Christi, in te præsentis & loquentis agnoscam, hæc ille pro summo Romano Pontifice, Anno 1518. At P. Melancthon Brettanus reluctatur, sic enim suum calculum adiecit. Vindicare Germaniam, inquit, à pontificia tyrannide, & plium & necessarium

rium est hoc tempore, hæc ille. Ecce spiritus di-  
uinus: Alio in loco affirmat Philippus Pontia-  
ficem Romanum iure humano præcipuum Episc-  
opum, &c.

Verba Martin Luthers contra  
S. Romanam ecclesiam.

**A**ttamen paulò post, ubi fulgurator ille ac-  
cepit se à LEONE 10. Damnatũ & ana-  
themate percussũ, horum omnium oblitus,  
maximè cõmendauit discessionẽ à S. Romana ecc-  
lesia, uocans Bohemos Euãgelicissimos, & dixit  
generaliter: Beata Græcia: Beata Bohemia: Beata  
ti oēs qui à Romana ecclesia sunt separati, &c.

Articulo 30. assertio: ait. Aliqui articuli Ioanna-  
nis Husz condẽnati in Concilio Constantiensi, sunt  
Christianissimi, uerissimi & euangelici, quos nec  
uniuersalis ecclesia posset damnare. Et paulò  
post idem in eodem articulo recantat Palino-  
diam Stesichori more, dicens. Erraui, & hunc Luther dis-  
articulum reuocauit, & adhuc reuoco, in hoc cit se erra-  
quod dixi, aliquos Articulos Ioannis Husz esse re-  
euangelicos, &c. & sequitur, Proinde non rea-  
tò faciunt, qui me Husitam uocant. Non enim  
mecum ille sentit. Iohannem Husz (contra Lu-  
thera

theca

therum.) Bastian meier Zuinglista Bernensis cū  
Bullingero, Euangelicæ ueritatis adsertorem uo-  
cat, &c.

Anno do-  
mini 1518

Hiere. 1.  
Esai. 14.  
Zach. 2.  
Ezech. 1.

Lutherus  
anguilla  
lubrica.

Vide obsecro, candide lector, quomodo ut lu-  
na mutatur Lutherus: intuerere subitam Pythas-  
goricam μετεωρολογίης hominis, uersipellem  
uersicoloris Polypi animum, qui quod ore palam  
protestatus postmodū mire insequutus est, quā-  
tum in ipso fuit: sed scriptum esse scimus. Ab  
Aquilone pandetur omne malum super omnes  
habitantes terræ. Et Iesaias, Ab Aquilone enim  
fumus ueniet, & non est qui effugiat agmē eius.  
Et alio in loco scriptura. Ventus turbinis uenie-  
bat ab Aquilone, &c. Et sicut Hiæna seu ichneus  
mon, nunc mas est, nunc foemina. Ita ille pentas-  
glottus (hircocerus & tragelaphos) sui dissimi-  
lis, calidum et frigidum ex uno ore, satyri in mo-  
dum, efflat Protheus, &c.

Ite nunc, & hunc uestrum Prophetam, scilicet  
(quem quidam credidere à λουτρού quod est  
lauacrum, uocatum: Fuere nonnulli qui ipsum  
alytron seu præterium appellarunt: Alij dictum à  
litrosi, perfectam liberationem significat, existi-  
mauerunt, &c.) Laudibus efferte mendacissimis  
in cœlum, credite eū uobis de cœlo lapsum, san-  
cto spiritu eius obumbrate imaginem: Euangeli-

cum uirum prædicare: diuinum hominem dicite:  
tanquam aheneum murum immotum constitisse  
ebuccinate: spargite flores, date lilia, ponite sta-  
tuas, illi uestro duci, &c.

Ad hanc igitur S. Romanam ecclesiam (inquit  
Irenæus aduersus hæreses Valēt: & similium li.  
3. cap. 3.) propter potentio rem principalitatē  
neccesse est, omnem conuenire ecclesiam, hoc est  
omnes, qui sunt undiq; fideles, in qua semper ab  
ijs, conseruata est ea, quæ est ab Apostolis tra-  
ditio, &c.

Cæterum de Romanæ sedis præstantia, uide  
Anacletum in fine 1. Epistol. Et Zepherinum  
PP. ad Episcopos Sicilienses. Bonifaciū in Epi-  
stola ad Eulalium, Alexandrinum Episcopum.  
Vigilium in epistola ad Eutherum, &c. Innume-  
ros prudens transeo, sunt enim omnia diffusiori  
stilo et pinguiori Minerua, à doctioribus grauisi-  
mis uiris dudum conscripti, &c.

Hæc ergo S. R. E. Spiritus sancti discipula,  
& malis prohibita, Matth. 18. &c. Semper im-  
maculata permansit: & domino præuidente, &  
B. Petro Apostolo opem ferente, in futuro ma-  
nebit, & sine ulla impiorum insultatione, firma  
& immobilis, Marpesia cautes, omni tempore  
persistet. Referant Iudæi suam fidem ad Abra-

I ham,

ham, nos referimus fidem nostram ad D. Petrum.  
Et sicut sani Iudæi non reijciunt Deum patrem,  
dicentes: Patrem habemus Abrahamum: Ita &  
nos non reijcimus Christum, (cum huius sponsa  
unica.) dicentes. Patrem siue summum pastore ha-  
bemus Petrum. Petrus enim, ecclesie primus an-  
tistes, quoniam fide præstabat, inquit Basilius cõ-  
tra Eunomia: lib. 2. Ecclesie in seipso edificatio-  
nem suscepit.

Eccles. à  
domino  
fundata.

HAEC, inquam, S. Romana ecclesia ( Rachel  
quam dilexit plurimum Iacob, Hiero. ca. 12. in  
Ose. Et quæ est à domino fundata, Mat. 7. 16. 1.  
Corint. 3. Ephes. 2. 1. Pet. 2. Act. 9. 14. 20. etc.)  
mater est omnium ecclesiarum Christi, quæ per  
omnipotentis Dei gratiam à trinitate Apostolicæ  
traditionis nunquam errasse probatur, nec hæ-  
resotarum nouitatibus deprauanda succubuit,  
sed ut in exordio normam fidei christianæ perce-  
pit ab authoribus suis apostolorum Christi prin-  
cipibus, illibata fide tenus manet, secundum ipsius  
domini saluatoris diuinam pollicitationem, qui dis-  
cipulorum suorum principi in suis fatus est euā-  
gelij, Petre, inquiens, ecce Sathan expetiuit uos,  
ut cribraret, sicut triticum, ego autem rogavi pro  
te, ut non deficiat fides tua.

HAEC

HAEC illa uinea Zebaoth, Quam isch Zema-  
 mach in Canticis sponsam: columbā, etiam di-  
 lectam suam uocat, cap. 2. & 5. Cui qui detra-  
 hunt, inquit Irenaeus lib. 4. cap. 37. incusant &  
 irrident, non erunt mundi, &c. Quae ad omnes  
 fortune incurfus, animum armare solet, opti-  
 ma consolatrix: extra quam nulla fides, sed opi-  
 nio & error. Quam etiam speciali priuilegio de-  
 corauit dicens. Amen dico uobis, quia non prae-  
 teribit generatio haec, Ecclesiam denotans, donec  
 ista omnia fiant. Adhaec. Querente, IESU quis  
 esset, respondit Simon Petrus, & ait. Tu es  
 Christus filius Dei uiui: Cui respondit σω-  
 τήρ: Beatus es Simon Bar iona, quia caro  
 & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus  
 qui in caelis est, et ego dico, quia tu es Petrus, &  
 super hanc petram aedificabo ecclesiam meam: &  
 portae inferi non praeualebunt aduersus eam. A-  
 lexandriam: Ephesum, Anthiochiam, &c. expu-  
 gnauit aliquando haereticorum furor. At S. Ro-  
 mana Ecclesia (qua elegit prae participibus suis)  
 inconcussam fidem nulla unquam uiolauit im-  
 pietas, nullum de ea spoliū haereticorum su-  
 perbia seu mothonia reportauit, defecit Acha-  
 ia, ubi Andreas. Asta, ubi Ioānes, India, ubi Tho-  
 mas. Persia, ubi Simon & Iudas. Aethiopia,

Id est, uir-  
 germen,  
 Zach. 3.

Matth. 24.  
 Matth. 16.

Exitū ec-  
 clesiarum,  
 quae se se-  
 parauerūt  
 à Cathe-  
 dra Petri.

I 2 ubi

ubi Mattheus. Hierosolyma, ubi Iacobus. Graecia, ubi Paulus. Phrygia, ubi Philippus. &c. Vbi sunt ecclesiae Aegypti, Alexandria: Pentapolis: Syria: Cananea, Astalonis: Caesarea: Gigibet, Edesse, Nicopolis, Scitopolis, Ieropolis, Adrassonis, Sarrepta: Beriti, Boscia, Nilonis, Chalcedonis, Nicomedia: Thessalonica, Athenarum, Selona, Bethsaide: &c. ubi 100. Ille & 53. Cathedrales ecclesiae, quae olim sub Antiocheno fuisse commemorantur. SOLA immobilis stat CATHEDRA PETRI in ecclesia Romana, quae uniuersalis est, et

Vide Dionys. ad Stephanum Episcopum Rom. &c. S. R. E. nūquam haeretica fuit. cui aliae subijciuntur: Machinamenta quidem contra eam praeparantur, sed turris illa non eliditur: Hanc haeresion corruptio nunquam fermentauit. Haec haeresiarchas nullos unquam produxit: Quod si mentior, argue mendacium meum. Quisquis itaque hanc Christi sponsam in hijs quae ad fidem pertinent: uel acceptandis uel reprobatis exorbitare posse impudenti ore asserere non ueretur, is fidei catholicae principia demoliri conatur, &c.

Contra negantes S. Romanam ecclesiam.

S. R.